



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 49. Commendonus Oenipontum ad Cæsarem a Legatis decretus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

„sum fuerit, quod nondum Concilio
 „fuiſſet proſiſtitum, cum tamen eo ju-
 „dice nihil contineret, quod non amba-
 „bus ulnis eſſet amplectendum. „

Sæcul. XVI.

A. C. 1563.

§. XLVIII.

Cæſar Oenipontum veniens.

Præfixo proximæ Sæſſionis die Legati
 habito conſilio quosdam deputare
 decreverunt ad Cæſarem, qui Oeni-
 pontum venerat, ut eo facilius de Sy-
 nodi rebus edoceri, ſuaque mandata eo
 dirigere poſſet; hæc enim urbs Ty-
 rolenſis Comitatus Metropolis nonniſi
 centefimo lapide a Tridentina civitate
 diſtabat.

Pallav. lib.

20. c. 1. n. 1.

Raynald.

hoc anno

n. 16.

§. XLIX.

Commendonus Oenipontum ad Cæſarem a Legatis decretus.

Poſtea Quinqueeceſienſis Epicoſopus,
 quamprimum Cæſarem appropin-
 quare reſciverat, quantocius die vige-
 ſima ſexta Januarii Tridento Oenipon-
 tum proſectus eſt, ut ſua relatione ce-
 teros omnes præveniret: eo etiam con-
 tendere parabat Lotharingius Cardi-
 nalis: quapropter Legati pariter ſua
 obſequia deferre intenti ſeligerant Com-
 mendonum, qui tum Venetiis agens
 aliunde præter magnam rerum expe-
 rientiam ſingularem Germaniæ cogni-
 tionem

Pallav. c. 1.

n. 1.

Gratian. in

vit. Com-

mend. Lit.

Legat. ad

Borrom. 14c

Et 18. Jan.

Et 2. Febr.

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

tionem, sibi que hujus Nationis indolem satis perspectam habebat, aliunde vero Cæsari acceptissimus erat: data igitur fuere huic Viro mandata, quæ præcipue duo concernebant capita, quorum primum erat, ut ea refelleret apud Cæsarem, de quibus ejus Oratores querebantur, scilicet quod nondum a Legatis fuissent proposita Cæsarei voluminis postulata. Hanc in rem Comendonus jubebatur revocare in memoriam, a Legatis hujusce rei causas fuisse Cæsari significatas, & ab ipso comprobatas, nimirum, quod in his, & in Regis Galliæ postulatis, quæ ex parte concordant, simulque cum Cæsareis inculcantur ab Oratoribus utriusque Principis, duo rerum capita contineantur, quorum unum ad Pontificem, Aulamque Romanam spectaret, alterum vero res ab illis distinctas concerneret: porro circa primum, satius esse dicebatur, ut Cæsar hoc negotium Pontificis arbitrio, ac judicio relinqueret, atque ad illum recurreret, quatenus abusus, quos nonnulli irrepisse asserunt, tollantur, præcipue cum Sanctitas sua, quantum salva sua dignitate liceret, Cæsari omnem opem hac in re polliceretur: si vero Cæsar hac in re ad solam Synodum confugere vellet, Pontifex ad tuendam dignitatem suam, ab hæresi ea tempestate

state adeo oppugnatam hujus rei co-
 gnitionem Synodo prohibebit, & Le-
 gati nervis omnibus eidem obstabunt,
 neque Synodus proximum, prosperum-
 que exitum habebit: inter ea vero,
 quæ in hisce Cæsareorum postulatis
 immoderata videntur, Legati non ces-
 sabunt ea proponere, quæ facile juxta,
 ac honeste concedenda censebunt: in-
 super injungebatur Commendano, ut in
 colloquiis familiaribus prudenti qua-
 dam ratione aliquid ingereret de per-
 turbationibus, quas plures ex his peti-
 tionibus Ecclesiæ allaturæ essent. Al-
 terum caput, quod hic Legatus Cæsa-
 ri proponere jubebatur, erat, ut Cæ-
 sarem novas difficultates, a Gallis ex-
 citatas edoceret, rogaretque, ut ipse di-
 gnaretur opem ferre ad eas amovendas
 in publicæ concordie gratiam, cum id
 æquitas causæ pro Sede Apostolica de-
 polceret.

§. L.

*Gallorum postulata de proponendis
 triginta quatuor eorum articulis.*

Non tamen hujusmodi studia effece-
 runt, ut Legatis daretur locus re-
 spirandi ex perpetuis aggressionibus,
 quas a Gallis sustinebant; quippe po-
 stridie, quam Sessio prorogaretur, illis
 institerunt Oratores Galliæ, ut omnes
 state

Sæcul. XVI.
 A.C. 1563.

Pallav. l. 20.

c. 1. n. 3.

Sarp. p. 642.

Hist. Eccles. Tom. XLVI.

G tri-